



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.  
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias  
distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm XXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

iusmodi alia pia cā, siue ecclesia fuisset substituta, & uocata, ut in casu occurrenti, veluti in terminis probatur. in §. si tamen, qui ponitur post d. §. sed hæc præfenti. in auth. de sanctiss. epif. & est glo. si. quam Doct. sequuntur in uer. instituit. in d. c. in præsentia. idemq; sensus glo. si. in fi. ver. in auth. nisi rogati. C. ad trebell. nā priuilegiatus non debet uti suo priuilegio ꝛ aliū æquē priuilegiatū ad tradita latē p. Bar. in auth. quas actiones. C. de sacros. eccles. priuilegiatum. n. est monasterium, in quod quis ingreditur, q̄ conditio adiecta ingredienti, per quā ab ingressu retrahi posset, fauore monasterij reijciatur, ut in d. §. sed & hæc præfenti. & habetur in d. auth. ingressi. & in d. c. in præsentia. ergo monasterium nō debet hoc priuilegio uti in casu, quo deficiente cōditione aliud monasterium, uel alia pia causa uocaretur. ¶ Quarto dicta conditio habetur pro non scripta, ipso ingrediente p̄seuerante in monasterio, at si in eo non p̄seueraret, illudq; exiret, prout Do. Hannibal exiuit, tunc non debet hoc solatio frui, ut in §. hoc autem solatio. in auth. de sanctiss. epif. per quem tex. limitatur ea, quæ habentur in d. §. sed & hæc præfenti. & in d. c. in præsentia. ¶ Quinto relictā sub cōditione impeditiua uitæ cōtemplatiuæ, & matrimonij spiritualis debentur, etiā si illa conditio non fuerit adimpleta, quia h̄ pro non scripta fauore ingressus monasterij, ut ei bona possint acquiri, ut sit præ, quæ uera sunt regulariter, nisi prius expressē cōfiter de mente testatoris, qui reliquit, aut instituit, sed qñ testator expressē prohibuit bona posse monasterio, & ingredienti acquiri in casu, quo conditio deficeret, & hæres, uel legatarius, neglecta expressā dispositione testatoris, esset ingressus monasterium, tūc ꝛ expressam uoluntatē testatoris bona non debent acquiri ingredienti, seu monasterio, sed illis, quibus testator expressē uoluit acquiri, ut uoluit Dec. in confi. 239. & in d. c. in præsentia. col. 29. cum seq. ex mente Bal. in l. deo nobis. in 1. col. C. de epif. & cle. & D. Ant. in d. c. in præsentia, & est de mēte gl. cuius motiua nobis inferiunt. in d. auth. nisi rogati. in ult. col. ¶ Nec aduerfatur illud, qđ ipsemet Dec. in d. c. in præsentia. col. 25. inquit, & v̄ communis opinio, qđ si alicui fuit aliquid relictū, si non fuerit ingressus monasterium, seu religionē, talis conditio reijciatur, & habetur pro non adiecta, & legatarius etiam ingrediendo legatū consequitur, quia respondetur primo illud uerum esse, qñ talis conditio esset generaliter impeditiua uitæ cōtemplatiuæ, & religionis in genere, & in specie, secus si in specie tantum, ut supra dictū fuit. Secundo dico motiuium esse uerū, & procedere, qñ de tacita uoluntate testatoris dicebatur tacite constare ipsum non uoluisse bona monasterio acquiri debere, ut qđ nō prohibuit monasterio acquirenda fore, sed tacite debebant acquiri mediante ingressu, iuxta text. in d. auth. ingressi. scus si expressē appareret testatorem nullo modo uoluisse acquiri debere monasterio, qđ ingressus fuit ille, cui fuit relictum, aut qui hæres institutus fuit per prædicta: & hoc modo debet intelligi id, qđ uoluit Bar. in l. si. C. de pactis. col. 3. dicens, qđ dispositio d. §. sed & hæc præfenti. loquitur in iure iā quæsitō monasterio, quod ita facillē non tollitur, secus in iure querendo, quod testator apponendo talē conditionem expressē etiam prohibuit monasterio debere acquiri, sed uoluit in casu cōditionis deficiētis alteri acquiri, & præcipuē qñ expressē uoluit acquiri debere alteri ecclesie, aut piæ causæ, ut factū fuit in casu, de quo agitur, nā tunc absq; dubio ingredienti, seu monasterio ꝛ expressam uoluntatē testatoris acquiri nō debet, sed illi piæ causæ, seu monasterio, cui fuisset relictū in casu, quo hæres, uel legatarius monasteriū ingressus esset ꝛ expressam testatoris uoluntatē, q̄ saltē in

hoc casu est seruanda. Hæc pauca pro aliquali informatione excellentissimi Domini Auditoris dixisse uolui. Laus Deo.

## S V M M A E.

- 1 Legatum factum mulieri, cum monachabitur, dicitur factum sub conditione: Nec ante factam professionem debetur. num. 4. Nec ad monasterium transmittitur, decedente muliere in monasterio infra annum probationis ante factam professionem. nu. 5. & 13.
- 2 Conditio uoluntaria uerē, propriē, & specificē debet adimpleri, non autem fictē, improprie, & per equipollens.
- 3 Monachari, seu monachus fieri uerē, & propriē quis ante professionem non dicitur.
- 6 Iuramentum monachorum, seu monialium ad quid obliget monasterium, & ipsos iurantes, & ad quid non.
- 7 Monachi, & moniales cum iuramento contrahentes possunt monasterio in acquirendis præiudicare.
- 8 Moniali mortua in monasterio infra annum probationis ante professionem factam, monasterium tenetur ad restitutionem dotis, & eius, quod sibi pro ingressu illius datum fuit.
- 9 Monasterium pro ingressu monialis quando aliquid licitē absque simonia accipiat, & num. 12.
- 10 Turpiter accipiens tenetur id, quod recipit, restituere danti, ex cuius parte nulla sit turpitudine.
- 11 Monachi quando bona ingressi monasterium restituere heredibus, seu uenientibus ab intestato debeant.
- 12 Monasterij ingressus factus probationis causa ingredientem non obligat, nec econtra.
- 13 Ingresso religionē decedenti infra annū probationis quis succedat.
- 14 Pactum de succedendo in dotibus etiam legatis monialis ingressu monasterium, si ea ante professionem factam decedat, ualeat. Pactum de succedendo quando ualeat, & quando non.
- 15 Legatum factum mulieri, cum monachabitur, seu si monasterium ingressa fuerit, uel si & quando nupsit, an ualeat tanquam purum, an uero tanquam conditionale.
- 16 Legatum de mille factum filie, si nupsit, & de quingentis, si monasterium ingressa fuerit, ualeat, nec conditio apposta reijcitur.
- 17 Professio, & oblatio facta ab infirmo in ultimo uite spiritu, & tempore, quo iam loquelam amiserat, nihil operatur ad fauorem monasterij, & in præiudicium heredum, aut fideicommissariorum. & num. 19.
- 18 Desponsatio cōcubina facta in ultimo uite spiritu ad effectū, ut filij ex ea nati legitimetur, nō nocet filiis legitimis, & naturalibus.

## E P I T O M E.

MONIALI infra annum probationis ante factam professionem decedente, legatum ei factum à patre, cū monachabitur, heredi, non autem monasterio debetur, & monasterium tenetur ad restituendum omne id, quod pro ingressu recepit, hic probatur.

## CONSILIUM XXVIII.

**M**iso eleganti consilio eximij aduocati una cum instrumento mutue promissionis factæ inter ipsas moniales ex una, & Ioannē Baptistam ex altera, concurro in sententiam Domini Consultoris, qui tam clarē, & doctē ad fauorem dicti Ioannis Baptistæ consuluit, q̄ uix aliquis dicendi locus superfit. Sed ne illotis, ut ita dixerim, pedibus pertranseam, pauca subiungam. Concludo igitur unā cum dicto Domino Consultore, q̄ monasterium tenetur ad restitutionem eius, quod habuit à dicto Ioanne Baptista, quodque nullū ius eidē monasterio competit agendi, & petendi ab ipso Ioanne Baptista residuum dotis, & promissionum instrumento prædicto: quoniam monasterium uirtute legati, nec potest illud residuū petere, nec retinere id, quod sibi datum fuit, nam illud fuit legatū sub cōditione, cū monachauerit, quæ uerba denotāt principaliter tēpus, & secundario conditionem, & suspēdunt, prout est de natura conditionis, ut probatur in l. qui promittit. ff. de cond. indeb. & iuxta ea, q̄ plenē habentur

tur per Bart. in l. i. ver. secundo quæro. ff. de condi. & demonstr. ¶ quæ conditio cum sit uoluntaria, debuit uerè, propriè, & in forma specifica adimpleri, nec satis fuit illa fictè, improprie, & per acquipollens adimpleri. l. qui hæredi. & l. meuius. ff. de cõd. & demon. & habetur per Bart. & Doct. communiter. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Sed tante professionē factā in monasterio quis nō dī monachari, seu monachus fieri propriè, & uerè, sed improprie. c. religiosio. de sent. excomm. in 6. & Doct. cõmuniter in c. in præsentia. de proba. & in auth. ingressi. C. de sacros. eccles. & Bart. expressè in auth. si qua mulier. C. eo. tit. 4 ergo tante professionē tacitam, uel expressam id, qd fuit relictū sub hac conditione, cū monachauerit, nō potuit dici debitum, & consequenter non exigibile, quia nondum cessit, nec uenit dies. l. cedere diem. ff. de uerb. sig. cum sim. Ex quibus inferitur, qd tunc D. Lucretia infra annum probationis decesserit in monasterio, & sic ante, quā cōditio legati fuerit adimpleta, non potuit legatum transmittre ad hæredes, seu successores suos, hoc est ad monasterium, esto, qd monasterium illi succedere diceretur, iuxta ea, quæ habentur per Doct. in c. 2. de testam. & per Cyn. Bart. & alios in d. auth. ingressi. & per Dec. in d. c. in præsentia. col. penult. sed illud debet remanere apud heredē uniuersalem, hoc est Ioannē Baptistā, à quo fuit relictū, ut est tex. clarus in l. unica. §. sin aut aliquid. C. de cadu. tollen. cum si. ¶ Præterea non potest monasterium petere illud residuum, nec datū retinere uirtute promissionis, & obligationis factæ per dictum Ioannē Baptistā, quia attempta forma illius promissionis, qd facta fuit sub certis pactis, & conventionibus iuratis, apparet, monasteriū non posse petere illud residuū, immò teneri ad restituendum Ioanni Baptistæ id, qd recepit, ex quo ita conuentum, & iuratu fuit per monasteriū, seu per moniales omnes legitime, & capitulariter congregatas, t quæ & si suo iuramento nō obliget monasterium ad reatū periurij, quia monasteriū non habet animam ad ea, quæ habentur per glo. in c. dilectus. il. 2. de simon. & c. romana. §. in uniuersitatē. de sent. excomm. in 6. illud tamen obligant quoad ualiditatē, & obseruantiam p̄ctus, & promissionis, ut h̄ per Bald. in l. generaliter. C. de rebus credit. & c. præsentiu. de testibus in 6. item moniales ipsæ, quæ iurauerunt, ligantur iuramento ad illius obseruantia, & ad reatū periurij, ut in d. c. præsentium. cum glo. & ibi Doct. & Bald. in d. l. generaliter, & ideo non possunt suo iuramento p̄uenire, sed illud in forma specifica adimplere, & obseruare tenentur. c. debitores. & c. ad nostrā. il. 1. de iureiur. cū ibi not. Ergo dictæ moniales propter mortem D. Lucretiæ tenentur ipsi Ioanni Baptistæ restituere, quicquid habuerunt, nā t ex quo huiusmodi promissionē cum iuramento fecerunt dicto Ioanni Baptistæ, potuerūt in hoc præiudicare monasterio, cū essemus in acquirendis, & non in acquisitis ad ea, quæ habentur per Abb. in c. dudum. de conuer. coniug. super glo. in ver. aliquando. & h̄ per Io. And. in c. delictum. de reg. iur. in 6. & in c. cum uenerabilibus. de excep. c. constituit. 16. q. vlt. & 20. q. 3. iunctis not. per glo. in c. si episcopum. 16. q. 7. & per Abb. in c. 1. de dolo, & contum. in 3. col. Et ad propositum facit id, quod uoluit Ias. in l. si quis maior. in 2. col. C. de transact. dicens, quod d. l. si quis maior etiam in uniuersitate ratione iuramenti locum habet. ¶ Secundo pro cōclusionē tradita t uidetur decisio clara, & ferè in terminis Ioan. Cald. in conf. 9. in titu. de regular. ubi uoluit, quod mortua moniali infra annum probationis ante professionem factam in monasterio, monasterium teneatur ad restitutionē dotis, & eius, quod pater pro ingressu dedit, per rationes, & iura ab ipso alle-

gata, quæ nobis optimè inferuiunt. Et quamuis conclusio supra posita posset ex pluribus confirmari, & p̄sertim ex ijs, quæ alius aduocatus doctissime deduxit, cuius dicta aliter non refero: tamen quia maior difficultas consistit in ijs, quæ pro parte contraria ad fauorem monasterij allegari possent, ideo breuius quā potero pro uiribus conabor illis respondere. ¶ Non obstat itaq; in primis, quod promissio, & conuentio facta monasterio de quibusdam quantitatibus, & rebus pro ingressu monasterij tanquam simoniaca non ualuit, ut in c. non satis. cum sequen. c. dilectus. il. 2. c. tua nos. & c. quoniam. extra de simon. quia ultra responsiones, quæ colliguntur ex ijs, quæ dicit Cald. in d. conf. 9. ac etiam refert alius aduocatus in suo consilio, respondetur, qd t quando monasterium esset ita tenue, quod non posset expensam supportare, licitum est tunc ipsi monasterio absq; labe simoniæ moniale admittere, & recipere aliquo dato, uel sub cōditione, si aliquid monasterio dederit, ut inde possit uiuere, ut habetur per glo. in d. c. nō satis. in ver. requiratur. ibiq; Abb. & alij, quia ne ingrediens sit onerosus monasterio, licitū erit aliquid recipere, ut dicit Cald. in d. conf. 9. & facit id, qd uoluit Imo. in l. ille institutiones. ff. de hæred. instit. Secundo respondeo, qd t cū ex parte monasterij sit turpe lucrū, quia turpiter recedit. d. c. qm. cum similibus. & ex parte dantis non sit aliqua turpitudine, quia Ioannes Baptistā soluit, & promittit monasterio id, in quo illi tenebatur, dicta Lucretia monasterium ingrediente, tanquam debitor ipsius Lucretiæ, & ab eo inuito poterat extorqueri id, qd ipse promittit, tanquam debitum ex testamento patris, ac etiā pro restitutione dotis matris dictæ Lucretiæ. argum. eorum. quæ habentur. in l. i. ff. si cer. per. & in l. creditor. cum l. debitor. ibiq; not. ff. de uerb. sig. sequitur, qd monasterium tenetur ad restituendū Ioanni Baptistæ id, quod recepit, argumento. c. nō satis. cum gl. 14. q. 5. & per ea, quæ habentur per glo. in c. dilectus. il. 1. de simon. ibiq; Abb. & Ioan. de Anan. l. 3. ff. de condi. ob tur. cau. & habetur in l. pen. co. tit. Et t est bonus tex. in c. constituit. 20. q. 3. ubi si monachi dolo aliquē induxerit ad ingrediendū monasterium, ut p̄ illius ingressu bona sua haberent, tenentur bona illius restituere uenientibus ab intestato, ex quo ipsi turpiter acceperunt: ad idem est tex. in c. constituit. 16. q. vlti. cuius dispositio habet locum, quādo totum monasterium fuisse in culpa, ut quia capitulariter omnes, uel maior pars receperunt, & dolum cōmiserunt, ueluti factum fuit in casu nostro ad tradita per Abb. in d. c. dudū. de conuer. coniug. super glo. in ver. quādo. Præterea, t ut dicit Cald. in d. conf. 9. datio pecuniæ tempore ingressus ante professionem, etiam ex pacto facto, nō est simoniaca, quia talis ingressus, qui sit causa probationis, ingredientem monasterio non obligat, nec è cōtra, ut in cap. si quis incognitus. 17. q. 2. c. monasteris. 19. q. 3. Et sic ne interim sit monasterio onerosus, potest pecunia, seu aliud monasterio dari, uel promitti, ad quod allegat id, quod legitur de Samuele lib. 2. Regum. in princ. & facit id, quod habetur per glo. in d. c. non satis. Adde, quod, ut supra dictū fuit, cū id, quod à patre fuit filiæ legatū, relictum fuerit sub conditione, cū monachabitur, non potuit ante euentum cōditionis, hoc est ante monachationem, & sic ante professionē tacitā, uel expressam acquiri dictæ Lucretiæ, nec monasterio. d. l. cedere diem. cum si. Et si interim ante euentum conditionis, illaq; non adimpleta, decesserit, legatū de iure debet apud heredē remanere per tex. in d. l. unica. §. sin autem si quis sub cōditione. C. de cadu. toll. ergo ex his inferitur, qd cōuentio facta super bonis datis, & promissis monasterio inter Ioannē Baptistā heredem, & monasterium, censetur facta

eo modo, quo de iure inerat, & in casu à iure permis-  
so, & ideo eius expressio nihil debet operari, cū expri-  
matur eo modo, quo tacite inerat. arg. l. 3. cū ibi not.  
ff. de le. i. neq. ex hoc peccatū, & delictū resultare de-  
bet. arg. c. qui peccat. 23. q. 4. & l. græchus. C. de adul.  
& sic ex hmoi promissione, seu cōuentione crimē si-  
monia resultare dici nō dēt. ¶ Secundo nō ob. quōd  
quoties ingressus religionē decedit infra annū pro-  
bationis, tūc monasteriū illi succedit, & non venien-  
tes ab intestato, vt traditur per Pet. de Anch. in d. c. 2.  
de testa. p. Cyn. & Bar. in d. authen. ingressi. & p. Deci.  
in d. c. in præsentia. de proba. col. pen. quia respondet  
primo, quōd in puncto iuris contraria opinio est ve-  
rior, vt probat Abb. in d. c. in præsentia. in 9. q. & eā ego  
arbitror esse magis cōm, illā enim sequitur Ioan. de  
Imol. in d. c. 2. dicens eā esse veriorē, & idē voluit Be-  
nedictus Capra. in consi. 145. Bar. et vī idē voluisse in  
authen. si qua mulier. circa fin. C. de sacros. eccl. And.  
Barba. in d. c. 2. & latissime in d. c. in præsentia. & sequi-  
tur Io. And. ibi in gl. fi. p. tex. in c. beneficiū. de reg. iur.  
in 6. & idē vī tenere Raph. Fulgo. in d. auth. si qua mu-  
lier. & hoc in terminis nostris tenuit, si rectē confide-  
retur. Cald. in d. consi. 9. & Pet. de Anch. dicit durā ef-  
se opinionē Petri, & Cyni contra veniētes ab intestato,  
quamuis ipse sequatur opinionē, quæ monasterio  
fauet. argum. l. sunt personæ. ff. de reli. & sump. fin. &  
profecto hæc opinio, q. succedentes ab intestato ad-  
mitti debeant, mihi semper magis placuit, & illā ve-  
riorē, & magis cōm esse cognosco, & vltra doctores  
præl. idem tenent Bal. in d. authen. ingressi. & las. in  
d. authen. si qua mulier. circa fin. & Pet. de Anch. in d.  
c. beneficiū. Et ita infinitis iuribus, & rationibus dictā  
sententiā corroborat And. Barba. in d. c. in præsentia.  
Quare in iudicando, & consulendo non est ab hac o-  
pinione recedendū per ea, quæ dicunt Io. And. Abb.  
& alij in c. 1. de consi. Præterea ad summā in testamē-  
to patris legatā ipsi Lucretiæ, quæ infra annum pro-  
bationis decessit, non potest monasteriū aliquo mo-  
do admitti, nec in ea succedere, et posito, sed non cō-  
cesso, q. opinio Decij, Pet. de Anch. & aliorum supra  
proximè relatorū vera esset, qm ipsi loquuntur res-  
pectu bonorū illius, qui fuisset ingressus, & sic de bonis  
iam perfectē acquisitis, & contentis in hereditate in-  
gredientis, qui postea infra annū probationis deces-  
sisset, sed legatum factum dominæ Lucretiæ non fuit  
acquisitū, nec potuit acquiri infra annum probatio-  
nis, & ante professionem tacitā, vel expressā, vt su-  
pra probaui, ergo non pōt dici, quōd monasteriū pos-  
sit succedere in dicto legato, immō illud remanet he-  
redi, ex quo Lucretia legataria ante euentum condi-  
tionis decessit. d. l. vnica. §. sin aut quis. ¶ Non ob-  
tatio principaliter, quōd t. pactū de succedendo, videli-  
cet si contigerit dictā dominā Lucretiā ante profes-  
sionem expressē factā decedere, quōd ius succeden-  
di in dotibus suis competat ipsi Io. Baptista, tāquam  
contra bonos mores, & continens votum captandæ  
mortis, & impediens liberā testamenti facultatē non  
valeat, nec iuramento confirmetur, quando ille, de  
cuius successione agitur, non consensit. l. si ibiq. Bar.  
& omnes. C. de pact. & in c. 2. de concess. præben. cum  
simi. quia rñdetur primo, quōd tex. in d. l. si. procedit  
in pacto facto super hereditate viuentis, & sic super  
successione vniuersali, non aut super re certa, seu cer-  
tis rebus alicuius, tum quia ille tex. loquitur de hære-  
ditate, & successione vniuersali, tū quia in rebus parti-  
cularibus non militat ea ratio, quæ locū habet in hæ-  
reditate, & successione vniuersali, vt ibi colligitur. Er-  
go dispositio d. l. si. non debet trahi ad casum pacti fa-  
cti super vna, vel pluribus rebus particularibus. At in  
casu nostro pactum hmoi fuit factum non super hæ-

reditate, & vniuersali successione dictæ dominæ Lu-  
cretiæ, sed super libris trecētis sibi à patre legatis, seu  
in quibus fuit hæres instituta, & super libris ducentis  
ad eam occasione dotium maternas spectantibus,  
ac et super non nullis certis bonis, & sic super bonis  
certis particularibus, & nō super hereditate, iuxta ea,  
quæ habentur in l. quorties. & ibi Bar. & doct. commu-  
niter. C. de hære. insti. & Imol. in l. ex facto. & in l. 1. §.  
si ex fundo. ff. eo. tit. vbi institutio facta de quotta bo-  
norum non dī esse institutio facta de hereditate, seu  
successione vniuersali, sed particulari, & dicitur esse  
institutio facta de re, seu rebus certis, & particulari-  
bus, adeo quōd potius dicitur legatum, quā hære-  
dis institutio. Præterea tale pactum respectu librarū  
trecentarum in testamento patris legatarum non di-  
citur esse factum super successione rerum, & bonorū  
dictæ Lucretiæ, cum illæ nondū essent in, & de bo-  
nis ipsius, & pactū de succedendo non erat collatum  
in illud tempus, in quo dictæ libræ trecentæ essent ef-  
fectæ ipsius Lucretiæ, immō in illud, in quo ei nō ef-  
fectæ acquisitæ, quia Io. Baptista reseruauit sibi ius suc-  
cedendi in casu, quo Lucretia decederet ante profes-  
sionem factam, & sic ante, quā monacha esset effec-  
ta per supradictas, & consequenter videtur factū pa-  
ctum de succedendo, seu de conseruando sibi succes-  
sionē circa res, quæ non erant, nec futuræ erāt do. Lu-  
cretiæ ante professionem, & sic non super successio-  
ne bonorum, & rerum ipsius do. Lucretiæ, cum solū  
dicat reseruati ius succedendi in dictis bonis in casu  
& tpe, quibus ipsa nōdum domina esset effecta, ergo  
in eo dispositio d. l. si. locū non habet, vt ex verbis il-  
lius rex. colligitur. ¶ Non ob. predictis, quōd t. legatū  
factū mulieri sub hac conditione, cum monachabi-  
tur, debet dici purum, & illa conditio tanquam tur-  
pis sit reiicienda, quoniam sapere videtur simoniā per  
ea, quæ in simili volunt Bar. & alij in l. titio centū. §. ti-  
tio centum. il. 1. ff. de cond. & demonst. & plenē Ioan.  
de Anan. in c. non satis. de simo. & arg. c. fi. de condi.  
apposi. quia responderetur, quōd aliud est, quōd relin-  
quatur alicui monasterio sub conditione, si aliquam  
recepit in monialem, & tunc procedunt ea, quæ ha-  
bentur per Bar. & alios in d. §. titio centū. & in d. c. nō  
satis per Imol. & Ana. & hī in l. ille aut institutiones.  
ff. de her. insti. aliud est quōd relinquatur aliquid filie,  
vel alteri mulieri sub cōditione, si monasteriū ingre-  
diatur, & valet legatū, & cōditio. §. sed hæc præsent. in  
auth. de sanctis. epif. c. in præsentia. de proba. & habet  
per Bal. in l. 1. C. de inst. & subst. sub cōd. fac. & p. Dec.  
in d. c. in præsentia. in 26. col. Præterea Bal. ibi sentit,  
legatū et in primo casu sub illa conditione valere. Er-  
go vbicunq. legatum est factum filia, si, & qn nupse-  
rit, aut monasterium ingressa fuerit, prout factū fuit  
in casu nostro, legatum absq. dubio valebit cum con-  
ditione appposita, quæ non est impeditiua matrimonij  
tpalis, nec spūalis, sed illius incitatiua. arg. eorū, quæ  
habentur in d. §. sed hæc præsent. & in d. c. in præsen-  
tia. & faciunt tradita cōiter per do. Ant. Are. & alios,  
quos Moder. & Dec. referūt in d. c. in præsentia. in 30.  
col. in fi. quōd quādo pater reliquit filie mille, si nup-  
serit, & quingenta, si monasterium ingressa fuerit, le-  
gatum valet, nec conditio reiicitur, vt habetur per  
Bald. in l. deo nobis. in 1. col. C. de epifc. & cleri. & in  
authen. nisi rogati. C. ad trebel. ibiq. Paul. de Cast. cū  
similibus allegatis per Dec. in d. c. in præsentia. ¶ Vlti-  
mo non obstat, quōd domina Lucretia, dum esset in-  
firma, fecit professionē in manibus cuiusdam religio-  
si, vt in facto presupponitur, ergo p. eius oblationem  
de persona factam monasterio censentur etiā omnia  
bona sua monasterio oblata, & acquisita, sic etiam vi-  
des adimpleta cōditio legato supra dicto appposita, vt  
habetur

habetur in d. auth. ingressi. C. de sacros. eccles. & in d. c. in presentia. ibiq; latissime, quia huic fundamen-  
to optime pluribus modis respondet Do. Cōsultor Io.  
17 Baptista, & illi aliter ēt potest responderi, q̄ t̄ talis pro-  
fessio facta à Do. Lucretia in infirmitate, & in ultimo  
uita spiritus, ac eo tēpore, quo iā loquelam amiserat,  
nō ualet, nec quicquā operatur ad p̄iudiciū Io. Bapti-  
stae haredis, qui etiā ex forma statutorū Fauentia ipsi  
Lucretie ab intestato succedere debet, ut dicit p̄fatus  
Do. Cōsultor i suo cōsilio. Et quoad hūc effectū talis  
professio, si uerū est, illā fuisse factā, nihil operatur, ut  
colligit ex iis, quae uoluit Bal. in d. c. in p̄ntia. per tex. in  
l. filia mea. ibique idem Bald. ff. solut. matr. & argu.  
c. 2. de renūtia. ubi notabilem ponit decisionē: Et fa-  
cit id, t̄ q̄d in simili uoluit Ange. in l. nuper. C. de natu.  
lib. de eo, qui in ultimo uita spiritus cōcubinā despō-  
sauit ad effectū, ut f̄r̄; ex ea nati legitimaretur, hoc n.  
filiis legitimis, & naturalibus non nocebit, q̄a uidetur  
factū in fraudē, & facit ēt t̄ id, q̄d uoluit Petr. de Anch.  
19 in c. sicut. de regula. q̄ si ille, qui erat grauatus p̄ fidei-  
cōmissum sub cōditione, si decederet sine liberis, cō-  
stitutus in mortis articulo professionē in manibus ali-  
quorū religiosorū fecerit, offerēdo se, & sui monaste-  
rio, talis p̄fessio, & oblatio nō ualet, nec fidei cōmis-  
sarijs p̄iudicat. & de hoc latissime posuit And. Barba.  
in d. c. in presentia. col. 22. Et si diceretur, q̄ ex quo  
qs. se, & sua obtulit, uidet nutu spiritus sancti, & bono  
zelo inductus fecisse, ergo omnis fraus cessare debet.  
argumēto. cap. duae sunt. 19. q. 2. & c. licet. de regul. ad  
hoc respōdet ipse Barb. in d. c. in p̄ntia. nā quis quo  
ad cōcēmentia animā suā p̄sumatūrm hōi facta bo-  
no zelo, nō t̄n quoad ea, quae in p̄iudiciū alterius ter-  
tij tēdūt, ut supra, & ibi habetur p̄ Barb. & alios, quos  
ipse allegat. Ex quibus oībus unā cū p̄fato Do. Cōsul-  
tore cōcludo, monasteriū nō posse petere residuū nō  
dū sibi solum, & dictum Ioan. Baptistam esse ab il-  
lius petitione absolendum, quinimmo monaste-  
rium teneri restituere ipsi Ioanni Baptistae omne id,  
quod ab eo recepit. Laus Deo.

## S V M M A E.

- 1 Reseruatō vsusfructus donatori facta in donatione quid opere-  
tur. & nu. 8.  
Quid, si illi pactum constituti esset adiectum. num. 7. & 9.
- 2 Monasterium per ingressum religionis ipso iure, et facto absque a-  
lia apprehensione, aliove facto acquiritur non solum dominium  
bonorum ingressi, sed etiam illorum omnis possessio penes ingre-  
dientem existens.
- 3 Monachus, & ingrediens monasterium quoad acquirendum aequi-  
paratur seruo.
- 4 Vsusfructuario ingrediente monasterium, ilico vsusfructus, & pos-  
sessio illius naturalis monasterio acquiruntur.
- 5 Ex pacto constituti possessio rei naturalis, & civilis transfertur.
- 6 Detinetur simpliciter, non autē possidetur, quando alius possidet.
- 7 Ex pacto constituti adiecto & reseruationi vsusfructus, & prece-  
rio utraque possessio transfertur.
- 10 Professio per solam scripturam ipsius profitentis sufficienter pro-  
batur.
- 11 Professio à furioso, & demente facta nulla est, nec profitemem, il-  
lusq; bona obligat.
- 12 Et ut ex hoc vitietur, quid requiritur, & cui, & quomodo pro-  
fitemem fuisse furiosum probandi onus incumbat.
- 13 Iesuatorum religio an sit approbata, & professio in illa facta an  
liget. & num. 32.
- 14 Donatio facta ecclesiae etiam tumultuario mentis impulsus praefer-  
tim ab eo, qui se monasterio dedicauit, ualet, & reuocari non  
potest.
- 15 Donatio facta ecclesiae quando possit reuocari.
- 16 Professio facta in manibus non habentis ius incorporandi ordini,  
nec potestatem recipiendi professionem est nulla, nec religioni,

seu ordini in specie obligat.

- 17 Professio ut valeat, & religioni in specie obliget, in manibus ca-  
uus, & quomodo fieri debeat, & possit. Et an in manibus pri-  
us. & num. 18.
- 19 Prior conuentualis potest cum conuentu obligare monasterium in  
iis, ad quae monasterium est destinatum.
- 20 Professio ad obligandum aliquem religioni in genere in manibus  
cuius fieri possit.
- 21 Professio in manibus cuius non obliget nec in genere, nec in specie.
- 22 Professio infra annum probationis in regula mendicantium facta,  
& recepta solū in genere, & non in specie religioni obligat.  
Et an, & quomodo id sit verum. nu. 31.
- 23 Religiosi sancti Augustini, & Iesuati an sint mendicantes. & nu.  
24. & 25.
- 25 Mendicantes religiosi qui dicantur. & nu. 30.
- 26 Mendicantes an, & quando comprehendantur appellatione regu-  
lae sancti Augustini, & quando non.
- 27 Mendicantes religiosi nō sunt, nec dicuntur illi, qui sunt pauperes.
- 28 Religiosi omnes regulares sunt pauperes, & paupertatem vultu,  
& tamen non sunt mendicantes.
- 29 Ethymologie quando stetur, & quando non.
- 33 Interpretatio in fauorem religionis contra commodum priuatum  
est facienda.

## E P I T O M E.

MONASTERIO per donationem cum reseruatō-  
ne vsusfructus & cum pacto constituti adiecto per in-  
gredientem factam etiam ante professionem, & mul-  
to magis sequuta professione, dominium, & utranq;  
possessionem rei donatae ipso iure, & facto absq; ali-  
qua apprehensione acquirit, nec donatē posse, rem  
alij postea locando, monasterio praeiudicare.

Et professionem in religione Iesuatorum in mani-  
bus prioris p̄uēntialis factā valuisse, & legitimā fuisse.

Et quomodo illa valide, & legitimē fieri possit, hūc  
demonstratur.

## CONSILIUM XXIX.



ONCEUDO fructus sequestratos penes mas-  
sarium debere relaxari monasterio Iesu-  
atorum, & illud cum satisfactione praeferen-  
da praeferendum esse, excluso fratre Ioan.  
Baptista, seu exclusis habentibus causam conduccio-  
nis ab eo, & hoc ex statuto sub rubri. de sequestratio-  
nibus, quod mandat, fructus sequestratos rei, de qua  
lis pendet, debere relaxari vero possessori, cum satis-  
factione de restituendis fructibus, & non detentatori,  
& si verque asserat se possidere, illum esse praeferen-  
dum, qui melius de sua possessione probauerit, sed  
monasterium Iesuatorum dicitur in vera possessione  
naturali, & civilis rei, de qua agitur, pars vero ad-  
uersa simpliciter dicitur detinere, ergo &c. Quod sit  
in possessione civilis, constat ex ipso instrumento, in  
quo frater Ioannes Baptista donauit rem illam im-  
mobilem, retento, & reseruatō sibi vsusfructu, t̄ per  
quam vsusfructus reseruationem dicitur in monaste-  
rium translata possessio civilis, naturalis vero reser-  
uata ipsi donatori. l. qui quis. & l. si quis argentum. cū  
ibi not. C. de donat. & habetur per doct. in l. 3. in prin-  
cip. ff. de acquirend. posses. & per Alexand. in consil.  
18. circa fin. volumi. 1. Quod etiam sit in possessione  
naturali, clarē demonstratur quoniam dictus fra-  
ter Ioannes Baptista tempore, quo religionem Ie-  
suatorum ingressus fuit, & in ea expressam fecit pro-  
fessionem, possidebat rem donatam naturaliter ex  
reseruatione vsusfructus sibi facta, ut supra dictum  
fuit, & alia sua bona possidebat naturaliter, & civil-  
liter, ergo t̄ possessio illa naturalis ipso facto, &  
iure absque alia apprehensione per ingressum reli-  
gionis